VERS. 6. — *STIPER* CON TUM. Sponsa prosequitur; est enim Hebr. pronomen masculinum. Tam cupio pectori tuo et brachio adhaerere, quam sigillum cere, solymitanarum, quarum vers. 4 mentio facta, quae cum admiratione suam soledam cum regio sposo suo èderet Hierosolymam ascendente conspicit. מְרֻכְתִּי בְּהוֹרֵי הַיָּם hoc solo loco obvium illustrandum est ex Arabico, quod in primâ conjugatione comes et socius alicuius fuit, in conjugatione quintâ, comitem et amicum se præbuit (unde Hebræi מְרֻכְתִּי אֲדִיגְנִים sese explicant), in octavâ, innoxius fuit cubito, item cervicali seu cubitali. Εἰρηονικὸς quomodo עֲדִי denotat acerbis, dicitur. Sunt Hebræi, qui מְרֻכְתִּי oblectans se exponunt. Utrunque Valgus expressit: *Delicias affinis, innoxia super dictam suam*, Græcus Alexandrinus: *Dealbata, innoxia super amicum ipsius*. Epithetorum illorum prorsus desumptum videtur ex 6, 10: *Pulchra ut candida, id est, splendida luna*. Græcus Venetus: *Defessa super amicum suam*, scilicet innoxia. Cæterum quod sponsum dilecto suo innoxia in scenam producit, id ductum est à more regum et reginarum orientalium. Reges enim ambulantes ministrorum incumbebant manui, vid. 2 Reg. 3, 8, et 7, 2, 17. Regina Esther ita describitur suis cubitalibus feminis in Græcis fragmentis 4, 4, vel in Græco textu 3, 8. Quo sequuntur sposus esse verba dubitare non sinitur promissa sulticia secunda masculina persone, quæ ostendunt ad sponsum verba dirigi. Amico illi suo prima mutui amoris initia in memoriam revocat: se concessisse sibi illum sponsum, et quasi excessisse ad amorem suum sub illius ipsius arboris umbrâ, ubi ipsam mater sua peperit. *Sub illâ arbore malo excitavi te ad mei amorem*. Videtur hic eo allusum ad id quod supra 2, 5: dilectum malo inter arbores silva comparavit, et subijuxerat se ejus umbram cupisse, ut sub eâ sederet, ac ejus fructum palato suo dilectum esse. *Mali arboris*. Cydoniam malum apud alios quoque populus arboribus dicitur fuisse, observat Celsus Hierobot. part. 1, p. 265. *Apud Aegyptios conebubis symbolum fuit*. *Veneris jugo tessera* appellat Arabibus in Epigrammate. Nempe Veneri, ut dearam cernomissimam, à Paride additum fuit, Venus igitur in status cydonium dextrâ gerit. Cupidines ex hortis malorum primitiis legunt illisque ludunt. *Nam qui pomu ludunt, amoris iulium faciunt*, dicit Philostratus Icon. lib. 1, p. 758. *Hinc mala petere, malum mittere, malum dare*, locutiones frequentes apud Græcos et Romanos; vid. Theophrasti Idyl. 5, 10, et 5, c. 88, et 6; Virgilio Eclog. 5, 64; Aristophanis Scholastes Nub. p. 180: *Malis petere dicebant ad venera incitare, quippe malus Veneri est dicitur*. *Ibi, sub illâ arbore, enixa est te mater tua*. A. Schultens, in Animadvers. philol. mallet, *concepit te mater tua*, reddere. Sed recte Græcus Alexandrinus, *parturivit te, verit*, verbo הַרְלִים *parturientium doloribus* (Jerem. 15, 21, Isai. 15, 8, et 66, 7) ducto. Quod sponsa dilectum sub malo illâ natum ait, enim ille sibi quasi genitum significare nonnulli putant, quod ibi primam amorem erga ipsam insensit esset. Quod quæsitum. Sed quemadmodum Letoniæ lingua Avelinûs sub palmis, nobilissimâ arbore, natum (vid. Celsi Hierob. part. 2, p. 435 seq.), ita sponsa hic amicum suum sub malo, amori dicitur, natum ait, ut significet illum sui amorem in aliis excitare, jam locum natalem promissæ. Quod cum non animadvertisset J. D. Michaelis, in notis ad Lowthii Prælect. 51, p. 610, ed. Lips., interpretationem vulgo receptam subintravit, indecorum certe et plebeium sibi dicere pronuntiat, nec denique verisimile, cum raro accidat graviditas, ut sub dlo parere necesse habeant. Quare nec dicere vult: *Ignare te genui mater tua*, scilicet natâ. Fingit, inquit, amicum, sub arbore aliâ natum esse, cuius sub annuisse matrem, filiumque sibi volentem (promissæ). Quod quam injuriam sit, quisque sentiat ipse, ut tacemus, non amicum hic loqui, sed sponsam. (Rosenmuller.)

ut vel minimam à te divelli, sine gravissimo cruciatu non possim. Mox amoris emulationis quoque cruciatum exprimit, ut quæ hujus aliquid experta sit, supra 3, et 5, gravioreque sentiat ex amoris impatientiâ incubere (1). *LAMEADES, PRUNÆ, HEBR.*

VERS. 7. — *AGRE MULTE*, Sic amor exercetur, et tamen vincit (2).

VERS. 8. — *SOROR* NOSTRA, mea, quam tu quoque mei gratiâ ducis tuam. *UBERA* NON HABET: donatum nubilus est, adhuc impubes; sic: *Ubera tua intamuerunt*, Ezech. 16, 7. *QUANDO ALLOQUENDA EST*; quando de eâ loquendum est, Hebr., de eâ scilicet nuptii collocanda. Et ita Ambrosius in c'sam. 148, oct. 22 (edit. Bened. serm. 22, n. 35). Sponsum omnî fiduciâ complexa, de rebus familiaribus cum eo consilium habet, minoretempore sororem commendat (3).

VERS. 9. — *SI* MURUS EST... *PROPUGNACULA* ARGENTEA: turriculæ. Alii, coronidem argenteam. Respondet sponsus: Si solidus est ingenio, conjugium cum viro nobili et opulento, qui sit domus ornamentum et propugnaculum. Si ostium est, COMPINGAMUS (muniamus) ILLOD. Si levi est ingenio, et versatili, sapientia viro, virtute incorruptâ, tradamus, qui firmiter coerecat (4).

(1) *Pone me ut signaculum*. Verba sunt Ecclesie penitentis ne sui oblivisceret. *Brachium* intelligit Hebræi digitum, ut digiti sint quasi brachia manus. *Quia*, inquit, *fortis est ut mors dilectio*. Mavult enim amans mori quam relinquere dilectionem. (Clarior.)

(2) *Ingens adeo bonum est amor, atque adeo pretiosum, ut nulla penitus res illius pretium aequet*. Qui bona omnia profundit, ut amore potatur, jacturam non æstimat. Id profecto piis illis Christianis contigit, qui cum summo perfectionis amore tenebant, omnia hujus vite bona contemnunt; illos enim mundus insanos, sicutque ipsorum hostes putat. Quorsum bonis, quæ Deus largitur, te exis? Quorsum vita voluptates fugis? Quorsum bona quæ non vides, et incerta sunt, opum certissimarum, quas sentis, amissione sectaris? Ita secum impij argumentantur. Nihil verum, solidum certumque nihil existimant, præter ea quæ ipsi sentiunt, et brevi amissuri sunt, quorum inconstantiam, vanitatem levitatemque quolibet temporis momento ipsi experiantur. (Calmet.)

(3) *Sponsus: Soror nobis est parva, sed nondum sunt ubera: quid faciemus sorori nostræ die quo loquendum erit de illâ nuptum danda?* Quamdiu versatur in his terris, sumus minores annis; in celo demum adipsissimur mensuram ætatis, staturæve Christi. Tamen demum quoque celebrantur nostræ cum Christo nuptiæ. (Jacob. Cappelus.)

(4) *Si murus est*. Accipitur hic si pro quâ, q. d.: Quia murus est fortis contra persecutiones, et hæc ratione peritorum, quorum meritis subveniendum est imperfectis, ideo subditur: *Edificemus super eum*, etc., id est, adiungamus per susceptionem fidei, principes ad defensionem iuliorum. In Hebr. habetur: *Edificemus super palatium argentum*, per quod idem designatur quod per propugnacula, quia

VERS. 10. — *EGO* MURUS. Sponsa talem se esse gloriatur, qualem sponsus designabat, murum solidum, formaque et ætate viro gratissimam. *UBERA* MEA; quomâque dicitur: Non ego sine uberibus, ut soror; mea eminent ubera sicut turris. Hebr., Septuag., sicut turres: quæ stant annexæ muro, pulchri operis appendix pulchra. *QUASI* PAGEM REPERIENS: inveni gratiam apud illum (1).

VERS. 11. — *PACIFICUS*, Salomoni, Hebr., Septuag. IN EA QUE HABET POPULOS: in *Bahalhamon*, nomina propria: ita et Septuag. (2).

per palatium etiam, secundum communem modum loquendi, intelligitur regalis potentia, et dicitur *argentum*, quia Constantinus et alii principes in promotione Ecclesie multum expenderunt argentum. *Si autem est*, id est, quia Ecclesia est ostium per quod ingreditur ad celestem regnum. *Compingamus illud*, id est, fortificamus. *Tabulis cedrine*, id est, doctoribus sacris, qui dicuntur cedri propter vitæ et scientiæ eminentiam et fidei integritatem: sicut cedrus est arbor valde alta, et à verbibus non perforatur. Aliter potest etiam exponi: *Sicut murus est*, etc., id est, quia nunc Ecclesia fili parva et depressa, elevemus cum ad statum honorificum et magnam, et quia Ecclesia de ejusmodi beneficiis fuit grata, ideo subditur in ejus persona: *Ego innoxia*, etc., Lyranus.

(1) *Ego murus*, etc. Verba more nupti, synonyme scilicet amplexu conversæ. Sensus est: Prostris statim facere quod jubes, nam sentio jam liberalitate tuâ meam obedientiam præveniri, tuis enim muneribus jam factum est, ut videar mihi (neque fallor) murum quidam propugnaculis argenteis nitens, et genio ubere, et turribus paribus vallata. *Ex quo facta sum*, id est, ex quo pacem reperi coram sposo: gratiâ enim filius sum id quod sum. (Menochius.)

(2) *Vinea fuit Salomoni*, id est, præfixæ regi in 772. *Ecal-hamon*, quod significat dominum populorum, seu eum qui habet sub se populos. Est verò nomen loci, seu vinei, haud procul Hierosolymâ, qui aliâ Engaddi dicebatur, et erat vinearum et balsami ferulitæ celeberrimus. Ilanc suam vineam tradidit certis colonis colendam, et custodibus custodiendam; nihil vero tanquam præfectæ, inter alias plures vineas hæc singulari eura tradidit gubernandam. Hæc magna est et fertilis, et nobilissimâ vini ferax; nam viri, seu vinitor, qui illam conduxit, offert quotannis pro fructu ejus, quem inde colligit, mille argenteos sicles, seu mille floribus Belgicis; et ultra hos, pendit a'ros ducentos argenteos his, qui custodiunt vineam. Vinea hæc tam nobilis, tam clara Salomoni, secundum alios, anima pastoribus commissa, vel Ecclesia christiana. Si bene colatur, pendit fructum non modo decuplum, qui magnus est, vel centuplum, qui maximus, sed miliesimum, qui omnem superat æstimationem. Hæc vinea, inquit, sponsa, non contemnetur, nec deseretur, nec negligetur: à me, ut super illa altera, cap. 1, v. 5, sed semper curam meam. Septuaginta: *Vinea mihi mea conspecta meo*, id est, hæc semper illam in oculis, ut curen excoli quam diligentissimè. Tota hinc operi incumbit, nec ait aliud mentem divertit: oculis præfectæ saginâ fundum, ut uberiore et excellentiore fructu ferat. Velim tamen scias, mi dilecte, me licet causa, etsi jure et indulto tuo possim nihil hic agere deesse, tui unius et solius amore agam quodquæ agam. Fructus ergo omnes et integri volo evadant tibi (ut est in Hebræo) mille argentei, quos conductor vineæ quotannis pendit, id est, primarius et principalis proventus ad ultimum usque quadranten, *2, pacificus*, sed, ut tui minus gloriam, et laudem, reliqui ducenti, secundarius et accessorius proventus duntur hinc in colendâ custodiendâque vineâ me adjuverunt: nullius in modo, nullius laudi, nullius gloriae quicquam decerpit volo. Mihi nullum de-

VERS. 12. — *VINEA* MEA (quæ mihi, Hebr.) CORAM ME EST. *PACIFICI*: Hebr., pacifice, 6 Salomon: ita et Septuag. His duobus versibus loquitur sponsus ut pastor, qualem se hæc ælogâ finxit. Nihil ego, inquit, invideo Salomoni; non me regie opes, non regii fundi capiti; habet quidem rex Salomon agros, vitas, cellas vinarias, quique ibi præstant; habet vineam quæstiosissimam, partem regii patrimonii hanc ignobilis; fortè vineam Engaddi balsamo insignem, 4 Paral. 27, 27; sed vinea mea presens mihi est, nempe sponsa. Hæc tibi, rex Salomon, vineam tuam, ac ducentos vinitores tuos quos mille argenteis annis dones, ad demonstrandam vineæ nobilitatem; mihi sponsa sufficit, hæc una mihi possessio est. Cur autem ex tuo regis opibus, hortis, palatis vineam vineam commemoret, in promptu est; rusticanæ enim personæ quam agebat nihil est commendabilius agris, ruræ, vineæ.

VERS. 15. — *QUE* HABITAS IN HORTIS. Ex flagrantissimo amore petit, ut dum in hortis est, omnesque ei silent, voce suavissimâ canat.

VERS. 14. — *FUGE*, DILECTE ME. Hanc quidem illa orditur suavissimam cantilenam: simul canendo indicat se, non multus, sed uni canere velle, ac vivere; tanquam diceret: Amicus canere me vis? non ego ita affecta sum; neque ferre turbam; pete velox loca sola ac remotissimos montes; tui me oculi prestant; quo fermè sensu ipse dixerat: *Averte oculos tuos*, supra 6, 4; recessu opus est ut tantis ignis exhalare possim. *MOYRES* AMORATIS, odoratis plantis plenos, quales fuisse mores Belier diximus, 2, 17 (1).

posse aliam mercedem præter te unum, et quod tibi serviam, tibi gratificer, tibi fructificem, hoc tamen et gratius et suavis mihi, et longè pretiosius omnibus thesauris cæli et terre. Ut ergo tibi mihi quam gratissimum faciam, pro posse meo excolam virtutibus animam meam, et animas mihi à te commissas; et excolam non ob aliud quam tu te recreem et relectam, qui es unica merces, premium et beatitudo mea. Ita ferè Lud. de Ponte ex S. Ambrosio, Theodoro et alii.

Sponsus hoc tam nobili sposo studio nisi sibi laborandi et placeudi, mirum quantum recreatus. Etsi, inquit, mihi laborare et placere intendis, hoc ipso tamen plurius reverè, imò omnibus qui in celo et in terra sunt, præter, et omnibus labor tuis periculis et pergratus est. Eia ergo, dilecta mea.

(1) *Fuge, dilecte mi*, etc. Cum nobis est orandum, Christus jubet ut secretum petamus, et conclave nostrum inagelliam, ut istilic coram Deo cor nostrum effundamus. Nempe, non decet pietatis motus et affectus vehementes ostentare, ne vani et sancti, aut hypocritæ videamur coram hominibus; qui cor nostrum quam sit sincerum et rectum non vident. Similiter cum piis vehementissimis amoris et charitatis in Christum motus et affectus intus in corde et animo à Spiritu Christi excitati sentiant, secretum etiam petunt, et hominum fugiunt, tui conspectum et conscientiam, contenti solum Christum habere hujus commotionis quam persentiscunt in se, conscientiamque si fortè dum spiritualibus illis deliciis et catissimis veluti sponsi sui Christi amplexibus vacent indulgent, in oculis suis arcano, subito alicuius adventu deprehendantur reprimant se, et motus illorum comprimunt, ne erumpant, ne operâ mentium cordis sui demonstratione, vani vel hypocritæ

Hic sponsa, seu sublimis anima, in gradu charitatis perfectissima apparet; nihil jam verita, neque dilisita forme, ut eum dicebat: *Nigra sum*; inmixta dilecto, in ejus amplexu resoluta, eique planè et familiariter incumbens; quippe quæ ad eam pervenit charitatem, quæ foras mittit timorem, 1 Joan. 4, 18, delictis affluens propter eam pacem quæ exsuperat omnem sensum, Phil. 4, 7. Recordatur autem arborem, sive crucis, in qua Christum dormientem, seu mortuum suscitavit, fide resurrectionis. Neque id prætermittit, sub arbore item Evam, totamque ad eam naturam humanam, fuisse maledictam atque corruptam; sub qua etiam arbore natura eadem, eadem Eva Salvatorem ex sua venturum propagine jam spe enixa est, promittente Domino: *Inimicitias ponam*. . . Gen. 3, 15, *ipse conteret caput tuum*, secundum Septuag., sive ipsa, multo, edito Christo. Tantæ igitur calamitatis, tantique benefici memor, sanataque, ut Ecclesia canit, per arborem, à malis ex arbore prognatis, magis magisque incumbere vult dilecto, ejusque hærerè brachiis, imprimique pectori, more Joannis quem Dominus diligebat, in ejus pectore recubentis. Tum significat sponsa amoris ardorem vehementissimum, summosque cruciatu. Talis est enim vite præsentis etiam perfectissima, Deoque conjunctissima charitas; coarctatur anima plenè cum Christo esse desiderans et quodam imulatione succensa, reliquiis culparum, et vel minimis excole concupiscentiæ maculis, et ipsi carnis infirmitate torquetur. Amor tamen prævalet intar ignis indefessi, quem nulla vis aquarum extinguit: dicente Apostolo: *quis nos separabit à charitate Christi, tribulatione*? etc., Rom. 8, 35. Unde sponsa: *Aqua multe non potuerunt*, etc., 8, 7, indicatque se pro sponso passuram mille mortes; ac martyrum præcinit fortitudinem; subditque: *Si dederit homo omnem substantiam*, etc., ad commendandam pariter eorum gloriam, qui dixerunt: *Ece nos reliquimus omnia*, Matth. 19, 27. Neque sui tantum sollicita est anima conjugata Christo, ejusque amore freuens; sed sororum infirmiorum prolectu invigilat, easque sponso mirè libertate commendat, à quo etiam docetur quæ cuique animæ adhibenda cura sit, 9. Sororem parvulam S. Thomas intelligit nascentem sub Apostolis gentium Ecclesiam. Hoc autem loco sponsa mirum experitur Christi in vinea sua, ipsa scilicet animæ excoctendæ, studium, ut pote quam et diligat, et apud Isaiam non modò plantet, sed etiam sepiat, muniat, custodiat, et relictis omnibus unam curet, Isai. 5, 2, 4, 7. Quo Ecclesiæ catholicæ universi hominibus videantur; similes, hæc in parte, castissimæ et pudicissimæ virginis, quæ diu familiaris cum sponso colloquuntur et versatur, veretur ne à quoquam in eo statu deprehendantur. Itaque si fortè aliquem à longè advenientem prospicit, à quo in tam familiari colloquio et conversatione deprehendi posset, monet amicum suum ut fugat veluti se subducat atque subcipiat, ne simul esse deprehendantur, ne quis sit concubitus tam intimæ et familiaris suæ conversationis. Eo videtur respicere hic sponsa, diu Christum amicum suum jam habet subitâ fugæ se proripere instar capreoli, vel hinnuli cervorum. (Lud. Cappellus.)

tas commendatur. Hic primùm ipsa sponsa mirificè se extollit. *Ego murus*, vers. 10, nixa scilicet sponso; quæ in se sunt dotes, eas, non ut suas, sed ut sponsi prædicat, ubi necesse est. Sic Paulus: *Abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum*, 1 Cor. 13, 40; et ille: *Multum inveni in me sapientiam, et multum profeci in eâ: danti mihi sapientiam, et multum dabam gloriam*, Eccli. 52, 22, 25. Adhuc Ecclesiam verè murum esse super petram fundatum, valatque pariter, et ornatum, genuino præcepto charitatis. Denique sponsus invitat ad canendum suavissimum amoris canticum, quo amici quoque ad amorem rapiantur. Illa canit: *Fuge*, quod et Ecclesiæ est, Christum ascendentem in cælum, sed tamen rediturum laudibus prosequentis; et sublimis animæ, quæ Christum experta sæpè recedentem, et eum maxime teneri videtur, elapsum, amorisque negotium ipso discessu exercentem, ac tum maxime liberalem, adhortatur ad ejusmodi misericordissimam fugam. Dici etiam potest amoris delectatione victam, tantum pondus ferre non posse, quemadmodum ille dicebat: *Satis est, Domine, satis est*; et illa: *Aut pati, aut mori*. Licet autem admirari miras amoris vicissitudines, cum alibi absentia tædio desolata, exclamet anima: *Revertere capræ hinnuloque velocior*, 2, 17; hic castarum deliciarum torrente inundata, nec sese ipsa capiens, clamare cogatur: *Fuge, dilecte mi*. Fuga autem indicitur super montes aromatum, ut eum sponsus seipso semper excelsior, refrigeris visus sit in quandam immensæ suæ perfectionis arcem, ab eâ tanquam ab inaccesso monte sponsa prohibita, ejus tamen quodam odore recreetur. Nec prætermittimus illud Ambrosii, lib. 5 de Virg. Nescit habitare, nisi in sublimitate virtutum; nescit commorari, nisi in talibus Ecclesiæ filiabus, quæ possunt dicere: *Christi bonus odor sumus*, 2 Cor. 2, 15.

SUMMA

ET CONCLUSIO OPERIS.

Hic igitur ordo septem dierum. Perpetuum illud: Sponsa conjuncta Christo, et æterno amore flagrans. Ili gradus. Primo quidem die, anima formæ dilidit suæ, ejusque vitia excusat, atque iis quæ sensus magis afficiunt, pietatis illecebris, ac veluti blanditiis delectatur. Secundo, conversa recens ad perfectioris vite studium, in ipsis conversionis initiis, antea vite tot peccatis obnoxie commemoratione, ac tædio, novæque delictis à sponso invitatur ad solitudinem, reliquiasque cupiditatum exterminat. Tertio die, incipiunt amoris exercitationes, inflammatur sponsa, litque perfectior. Quarto, exercitio vehementior est, graviore cruciatu, animæque non tantum gratia, sed etiam robur additur, ac vis quæ et hostium impetus frangat, et supra perfectissimas animas extollatur. Quinto, non tantum sponso, sed etiam cæteris omnibus, miraculo est. Sexto, quo splendidior est, eo magis ad solitudinem properat, coque jam ipsa sponsus ultrò invitat, ut amori liberius, ac sine ulla interpellatione serviant, ac oleis ipsa doceatur. Se-

ptimo, in sponsum recumbens, velut suavissimo sabbato, conquiescit.

Recordetur autem hic semper agi de animæ perfectæ et conjugatæ Verbo, quæ jam osculo digna sit, beatissime amplexibus; sed tamen in Christum magis magisque crescat, ut Paulus: *Quæ retrò sunt oblitiscens, ad eam verò quæ sunt priora extendens me ipsum*, Philip. 5, 15. At cave hic tu mihi cogites animam per septem gradus certâ methodo, ac necessariò deludentem, in aliquo demùm statu consistere. Hoc enim duntaxat apparet in hoc cantico, quæcumque animam Spiritus agit, eam continuo incitamentis ad ulteriora propellit, ut ea ipsa, quam Scriptura perfectam appellat charitas, seipsam supergressa, novis subinde conatibus in Deum assurgat. Hic etiam pertinet canticæ hinc: *Fuge, dilecte mi, super montes aromatum*. Quæ quidem sic dicta sunt, ut eum quò magis comprehenditur putatur, eò sublimiorem visum, et quasi fugientem, ipsa pro viribus secutura sit.

Ex hoc cantico Ecclesia, Patres ac præsertim sanctum Ambrosium eo in argumento copiosissimum secuta, multa transtulit in Mariam; ut hæc, vox turturis, vox Mariæ dicentis: *Ece ancilla Domini*; et: *Magnificat anima mea Dominum*, Luc. 1, 58, 46, vox suavissima, quæ Joannem in utero matris latentem exciverit, ut Dominum ejusque matrem velut tripudium salutaret. Et illud: *Domus esset rex in accubitu suo, nardus mea*, omnique odore odorator castitas, invitavit eum. Et illud: *Quæ est ista quæ ascendit inmixta super dilectum*? Et illud: *Tota pulchra es*. Et illud: *Videte, filie Sion, regem Salomonem in diadematæ, quæ coronavit illum mater sua*. « Coronavit enim... quando generavit, » inquit Ambrosius de Inst. Virg. 16, n. 98. « Tamen hoc ipso quòd ad omnium salutem eum concepit et peperit, coronam capiti ejus æternæ pietatis imposuit. » Aliæque innumerabilia, quæ sublimioribus animis convenientia, eò magis Mariæ congrunt, non tantum accommodatione piâ sed etiam ad litteram, quò inter sublimissimas ac perfectissi-

mas animas sublimissima ipsa ac perfectissima est.

Nihil autem atinebat illam hic à Salomone, Dei aut Christi fieri mentionem, cum Christus totius allegorie atque Elogie sit ejus argumentum, absurdumque sit rei figuratè nomen parabole inserere. Cæterum allegorie vim satis demonstrat, non tantum communis synagoge, christianæque Ecclesiæ traditio, sed etiam Paulus, Joannes in Evangelio et Apocalypsi, Christus ipse, diu passim ad divinisimam canticæ sensus ac verba respiciant, sponsique et sponsæ mysteria celebrant, ut hæc parabola non unus, aut alter Scripturæ locus, sed tota Scriptura edisserere videatur. Et quandoquidem est canticæ fructus, ut Christum amemus, libet atterere Christi amorem spirantes sancti Ambrosii voces, antiq. edit. lib. 3 de Virg. nov. edit. lib. de Virg. cap. 16, num. 98, ut carmen amatorum in egregii amatoris affectus desinat. « Omnia, inquit, habemus in Christo: omnia anima accedat ad eum, sive corporalibus agræ peccatis, sive « clavibus quibusdam secularis cupiditatis infixa, sive « imperfecta adhuc quidem, sed intentâ tamen meditatione proficiens, sive multis aliqua sit jam perfecta virtutibus, omnis in Domini potestate est; et « omnia Christus est nobis. Si vultus curare desideras, medicus est; si febrilis æstas, fons est; si « gravaris iniquitate, justitia est; si auxilio indiges, « virtus est; si mortem times, vita est; si cælum desideras, vita est; si tenebras fugis, lux est; si « ebum quæris, alimentum est. Gustate igitur, et videte « quoniam bonus est Dominus; beatus vir, qui sperat « in eo, Psal. 33, 9 (1). »

(1) Nobis primò propositum fuerat et plerisque nostris subscriptoribus exoptatum scimus, ut Bossuetii commentario in Canticum canticorum S. Bernardi in hæc librum sermones adungeremus. At cum nunc in animo habeamus integrum elere Patrologiam, in quâ omnia S. doctoris opera, ejusque prouide in Canticæ sermones continentur, hos præsentem tem pore omittendos judicamus, ne his eosdem lectoribus exhibeamus. (Editores.)

Compendium

SIVE

SYNOPSIS

SENSUS LITTERALIS ET GENUINI
CANTICI CANTICORUM.

Sensus litteralis et adæquatus Canticorum est describere conjugium Christi et Ecclesiæ per humanitatem ab eo assumptam; partialis Christi et animæ sanctæ, non cujuslibet, sed perfectæ; principalis

Christi, et B. Virginis. Primò ergo describit Ecclesiæ et animæ sanctæ infantiam à cap. 1 usque ad e. 2, v. 8; secundò, ejus adolescentiam à e. 2, v. 8, usque ad e. 5 v. 6; tertio, ejus virilem ætatem à e. 5, v. 6,